



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

60. Inter gravissimas &c. Constitutio super electione Signaturæ Justitiæ
Votantium, & Indulto eisdem concessio Rochettum in Romana Curia, &
Cappam magnam in ejusdem Signaturæ Collegiali congressu ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

Inobser-
vantes ab-
que culpa
declaran-
tur ineli-
gibiles, &
electiones
irritandæ.

Inobser-
vantes ex
culpa pun-
iendi.

Decreta
roboran-
tia.

Deroga-
tiones.

Fides
translum-
porum.

Dat. 2. Ju-
lii 1695.
P. A. 4.

LX.

cenfuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatus exiftit, ad effectum præfentium dumtaxat confequendum, harum ferie abfolventes, & abfolutum fore cenfentes, fupplicationibus ipfius Bonaventuræ Miniftri Generalis nomine Nobis fuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Noftorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiae Prælatorum fuper difciplina Regulari fpecialiter à Nobis deputatorum, qui rem mature difcufflerunt, confilio, Religiofos omnes præfati Ordinis, qui vitam communem Obfervantiæ in præinfertis Innocentii Prædecefforis Literis præfcriptam verè, & cum effectu fequi non folent, etiamfi id ex infirmitate, feu alia quavis neceffitate, & abfque ipforum culpa accidat, in Prælatos, feu Superiores ejufdem Ordinis eligi non poffe, eorumque electionem, fi quando fiat, tametfi aliàs canonica foret, à Prælato, five Superiore Generali dicti Ordinis, fervatâ quoad hoc eorum literarum formâ, irritandam effe.

§. 5. Illos verò, qui in prædictis Obfervantiæ communibus exercitiis, feu in eorum aliquo culpabiliter deficere confueverunt, non modo ut fupra ineligibiles effe, fed infuper poenis Conftitutionum ipfius Ordinis fubjacere, auctoritate Apoftolica, tenore præfentium, declaramus, ac etiam ftatuimus, & ordinamus.

§. 6. Decernentes ipfas præfentes literas femper firmas, validas, & efficaces exiftere, & fore, fuoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos fpectat, & pro tempore quodcumque fpectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter obfervari; Sicque in præmiſſis per quoscumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoftolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, fi fecus fuper his à quoquam quavis auctoritate ſcien- ter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obftantibus præmiſſis, ac Conftitutionibus, & Ordinationibus, Apoftolicis, necnon omnibus, & fingulis illis, quæ in præinfertis Innocentii Prædecefforis Literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prout fides ubique locorum tam in Judicio quam extrâ illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel offenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſuo Annulo Piſcatoris die 2. Julii 1695. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

J. F. Card. Albanus.

Conſtitutio ſuper electione Signaturæ Juſtitiae Vo-
tantium, & indulto eiſdem conceſſo Rochet-
tum in Romana Curia, & Cappam magnam
in ejufdem Signaturæ Collegiali congreſſu de-
ferendi.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei; Ad perpetuam rei me-
moriæ.*

Exordium
à Juſtitiae
admini-
ſtratione
exornanda

Inter graviffimas, & multiplices curas, quibus ex debito paſtoralis officii humilitati noſtræ divinitus crediti inceſſanter urgemur, in illam peculiari-
bus ſtudiis intendimus, per quam adminiſtratio Ju-
ſtitiae nedum ab abſurdis, quæ irreperant, vindi-
cetur, ſed in meliorem formam redacta, exactiori
ordini reſtituta, ac Judicibus majori tum virtutis,
tum honoris prærogativâ decoratis commiſſa, in dies
magis magisque reſulgeat.

§. 1. Hujus conſiderationis intuitu, cum aliis
particularem Congregationem nonnullorum dilecto-
rum filiorum Romanæ Curiae Prælatorum ſuper
abufum, præſertim judicialium reformatione de-
putaverimus, quamplura ab eadem Congregatione
deſuper edita, & impreſſa Decreta oretenus appro-
bavimus, nec non de ejufdem Congregationis con-
ſilio Noſtris Anno Incarnationis Dominicæ milleſi-
mo ſexcentefimo nonageſimo ſecundo quintodeci-
mo Kal. Octobris ſub plumbo expeditis Literis,
particularia Almæ Urbis Noſtræ Tribunalia ex pri-
vilegio conſtituta ſuppreſimus, & abrogavimus,
eademque privilegia, & Tribunalia ad Jus com-
mune, & Judices Ordinarios memoratæ Curiae re-
duximus. Et ulterius, ut Officia Cauſarum Curiae
Camerae Apoftolicæ Generalis Auditoris, nec non
ejufdem Camerae Theſaurarii Generalis, duodecim
Clericorum, & Præſidentis, quæ prius mediante
pretio ad vitam concedi conſueverant, in poſterum
ad Noſtrum, & Romani Pontificis pro tempore
exiſtentis, & Sedis Apoftolicæ beneplacitum Viris
vitæ, & morum integritate præſtantibus, Litera-
rum ſcientiâ præditis, rerumque humanarum ex-
perientiâ inſignibus, ad majorem Dei gloriam,
ejufdem Romanæ Curiae, & Prælaturæ decorem,
nec non virtutis incitamentum, & premium gra-
tis, & nullo recepto pretio concederentur, per
alias ſimiles Noſtras eodem anno decimo Kal. No-
vembriſ expeditas Literas, præſatorum Officiorum
venalitatem ſuppreſimus, extinximus, removi-
mus, & abolevimus.

§. 2. Et infuper ex tunc etiam ad Noſtrum
Signaturæ Referendariorum Collegium, quod aliàs
ſel. rec. Alexander PP. VII. Prædeceſſor Noſter in
ſuis ſimilibus Literis ſub Dat. videlicet Anno ejuf-
dem Incarnationis milleſimo ſexcentefimo quinquage-
ſimo nono Idibus Junii inter cætera crexit, &
inſtituit, ac ex duodecim Signaturæ Juſtitiae Vo-
tantibus ſub eorum Capite, & Moderatore ejuf-
dem Signaturæ Juſtitiae pro tempore exiſtente Præ-
fecto, repræſentari voluit, mentis Noſtræ aciem
convertentes, & ut ad præſatum Collegium Viri
ſimiliter digniſſimi, quoad fieri poſſet, ſemper admit-
terentur, cupientes, conſideravimus, quod licet
idem Alexander Prædeceſſor in præſatis ſuis Literis
hujufmodi Volantes de corpore, & numero dicto-
rum Referendariorum eligendos effe ſtatuiffet: nul-
la facta mentione, an eligendi eſſent priores, ſeu
antiquiores Referendarii, diuturnus tamen uſus
ante, & poſt eaſdem Literas invaluerat, in Volan-
tes præſatos aſſumendi, ſeu eligendi dictos Priores,
ſeu antiquiores Referendarios.

§. 3. Quocirca Nos virtutis præſtantiam non in
ſola muneris prioritate, ſeu antiquitate conſiſtere,
& aliquando poſteriori in officio prioribus doctio-
res, & aptiores exiſtere, perpendentes, & propere
antiquitatis rationem non niſi cæteris paribus
habendam effe volentes, Motu proprio, ex certa
ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque
Apoſtolice potestatis plenitudine ex tunc memora-
tum Collegium deinceps fore merè, ſimpliciter, &
dumtaxat electivum, nec in ejufmodi Volantium
electione, ſeu aſſumptione muneris, vel officii
Referendarii prioritatem fore ampliùs attendendam,
ſed Volantes hujufmodi ad Noſtram, & pro tem-
pore exiſtentis Romani Pontificis electionem, &
providam deliberationem, habito ad virtutis præ-
rogativam, & meritum excellentiam reſpectu,
eligendos, & aſſumendos effe ſtatuimus, decrevi-
mus, & declaravimus; & pro majori hujufmo-
di ſtututi, decreti, & declarationis firmitate,
ac prompta, & opportuna exequutione anti-
quum, ſeu tunc exiſtens Signaturæ Juſtitiae Vo-
tantium Collegium penitus, & omnino ſuppreſ-
ſimus, ac extinximus, novumque partim ex
antiquis, & partim ex tunc noviter aſſumptis
Volantibus pietate, doctrina, prudentia, & re-
rum uſu præſtantioribus, Collegium hujufmodi,

Narrat à
Sanctitate
Sua ordi-
nata intui-
tu d. admini-
ſtratio-
num.

Narrat
erectionem Col-
legii vo-
tantium Signaturæ
Juſtitiae factam ab
Alexand.
VII.

Uſus in-
troduce-
rat aſſumi
in Volan-
tes anti-
quiores ex
Referen-
dariiſ.

Sanctitas
Sua man-
davit in
poſterum
aſſumen-
dos ad ele-
ctionem
Pontificis.

Suppreſſio
antiqui
Collegii
erexit no-
vum aſſu-
mendo in
Volantes
Referen-
darios ſibi
benevolos.

cum

cum omnibus, & singulis, eidem Collegio quomodolibet concessis, seu competentibus juribus, facultatibus, prerogativis, praeeminentiis, & privilegiis ereximus, & constituimus.

Non concessis tunc super praemissis literis Apostolicis, nunc omnia confirmat, ac mandat perpetuo observari.

§. 4. Cum autem super praemissis Literae Apostolicae adhuc confectae non fuerint, & memoratam praefati Collegii renovationem, seu reformationem, cuius exactam rationem in vacationibus, & electionibus respectu interim subsequitis habuimus, administrationi iustitiae valde proficuum, & decori ejusdem Collegii admodum consentaneam, trium penes annorum experientia edocti fuerimus; Hinc motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, etiam tenore praesentium praemissa plenissime, & amplissime approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque perpetuae, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus. Et nihilominus omnia, & singula praemissa iterum, & ex integro, etiam harum serie statuimus, decernimus, & declaramus, ac in omnibus, & per omnia perpetuis futuris temporibus inviolabiliter, & inconcusse observari volumus, & mandamus.

Pro majori Collegii decore concedit votantibus usum Rochetti ubique, & Cappae Magnae in congressu Signaturae iustitiae.

§. 5. Praeterea ad praclarum hujusmodi Signaturae iustitiae Votantium Collegium, necnon ad laudabilia probitatis, & virtutum dilectorum Filiorum modernorum Votantium hujusmodi merita paternae dirigentes considerationis intuitum, & ac benigne perpendentes, quantum decoris ex praefato Collegio Romanae Curiae, quantumque utilitatis ex sedulo illorum labore iustitiae administrationi proveniat, eosque proinde, ac illorum Successores, ut alacrius fidem, operam, industriam, & sedulitatem in tanti muneris exercitio adhibere studeant, aliqua majoris honorificentiae accessione decorare, ampliorisque favore gratiae prosequi volentes, ac ipsorum modernorum Votantium singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, praefatis modernis, & pro tempore perpetuo existentibus Signaturae iustitiae Votantibus, ut de cetero in omnibus, singulis, & quibuscunque Congregationibus, Sessionibus, Processionibus, pompis, consiliis, & functionibus, negotiis, ceterisque actibus publicis, & privatis, etiam coram Nobis, & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus Successoribus Nostri Rochetti in praefata Romana Curia palam deferre, & gestare, illoque induti publice incedere, & comparere, necnon Cappas Magnas, quibus iidem Votantes in Cappella Nostra utuntur, similiter quando Causarum commissionibus, aliisque resolutionibus in Signaturae iustitiae congressu collegialiter assistunt, etiam deferre, & gestare libere, & licite possint, & valeant, earumdem tenore praesentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

Decreta roborantia.

§. 6. Decernentes, easdem praesentes literas, etiam ex eo, quod antiqui, seu tunc existentes Votantes veteris, seu ut praefertur, tunc suppressi Signaturae iustitiae Votantium Collegii, ac alii quicunque etiam speciali nota digni, in praemissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes, iisdem praemissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliave quavis de causa, quantumvis legitima, & juridica, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vicio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensu, alioque quocunque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, minusque sub similibus, vel dissimilibus gratiarum

moderationibus, limitationibus, revocationibus, & quibuscunque aliis contrariis dispositionibus per quosunque Romanos Pontifices Successores Nostros, & Sedem praedictam, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet pro tempore factis, & faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam sub posteriori Data quodocunque eligenda de novo concessas, semperque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere debere, ac dictis Signaturae iustitiae Votantibus suffragari, & ab omnibus, & ad quos spectat, & pro tempore quodocunque spectabit, inviolabiliter observari.

Clausula sublata.

§. 7. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate, praeminentia, aut potestate fungentes, & functuros, nunc, & pro tempore existentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos; Sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate judicari, & definiri debere: Irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes.

§. 8. Non obstantibus praemissis, & quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de jure quaesito non tollendo, & aliis quibuscunque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, aliisque quibuscunque, quantumvis antiquissimis, & immemorabilibus Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis ad favorem utriusque, vel alterius Signaturae Nostrae Referendariorum, vel Votantium, seu eorum, & quorumcunque Collegiorum, vel Tribunalium, etiam speciali nota dignorum, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & de potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet per Praedecessores Nostros Romanos Pontifices concessis, innovatis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formam in illis traditam observatam, exprimerentur, vel infererentur, iisdem praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum praesentium, illis aliis in suo robore permanens, harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Sanctio poenalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, statuti, decretorum, declarationis, voluntatis, mandati, absolutionis, concessionum, indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romae apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesi-

Dat. 21. Julii 1695. P. A. S.

mo nonagesimo quinto, tertio decimo Kal. Augusti
Pontificatus Nostri Anno Quinto.

B. Card. Prodatarius.

J. F. Card. Albanus.

Visa de Curia J. Sacripantes.

D. Campinus.

Loco † Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicatio

Anno à nativitate D. Nostri Jesu Christi millesimo
sexcentesimo nonagesimo quinto, Indictione tertia, die
verò vigesima Julii, Pontificatus autem Sanctissimi
in Christo Patris & Domini Nostri, Domini Innocentii
Divina providentia Pape XII. Anno Quinto, Supra-
dicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas
Ecclesie S. Joannis Lateranensis, Basilica Principis
Apostolorum, & Cancellaria Apostolica, in Acie Cam-
pi Floræ, ac in aliis locis solitis & consuetis Urbis,
per me Gregorium Stragium ejusdem Sanctissimi D. N.
Pape Cursorem.

Ita est Joh. Grecus Magister Curs.

LXI.

Indulgentia plenaria perpetua pro Visitantibus in
quocunque anni die Ecclesiam Sanctæ Mariæ
Angelorum Domus Fratrum Ordinis Minorum
Sancti Francisci de Observantia propè, & extrà
muros Civitatis Assisientis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Indulgen-
tia Plena-
ria quo-
cunq; die,
ut in Ru-
brica.

Redemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi vi-
ces, licet immeriti, gerentes in terris Cœle-
stium munerum thesauros, quorum dispensatio-
nem humilitati nostræ commisit Deus, fidei pruden-
tisque liberalitate libenter erogamus, sicut pia
sublimium Principum præclaris in Ecclesiam Dei
meritis fulgentium, ac Religiosorum Virorum pro-
pria, alienaque saluti laudabiliter incumbentium
vota postulant, & Nos ad augendam, fovendam-
que fidelium pietatem profuturum in Domino ar-
bitramur. Itaque Spirituali Christifidelium ad Ec-
clesiam Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupatam Do-
mus Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de
Observantia nuncupatorum propè, & extrà muros
Civitatis Assisientis assidue (ut accepimus) ex uni-
versis Christiani Orbis partibus devotionis causâ
confluentium consolationi, atque animarum salutis,
quantum cum Domino possumus, benignè consu-
lere, necnon dilecti Filii Bonaventuræ Poërii Mini-
stri Generalis dicti Ordinis supplicationibus, etiam
totius Ordinis prædicti nomine, Nobis super hoc
humiliter porrectis, quibus piæ, atque enixæ plu-
rium Orthodoxorum Principum preces, in idipsum
tendentes accessere, favorabilem assensum præbere
cupientes, ac de Omnipotentis Dei misericordia,
& Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus au-
toritate confisi, omnibus utriusque sexus Christifi-
delibus ad Ecclesiam supradictam, sicut præmitti-
tur, confluentibus, qui illam verè penitentes, &
confessi, ac Sacra Communionem refecti, in quo-
cunque anni die devotè visitaverint, & ibi pro
Christianorum Principum concordia, hæresum ex-
tirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione
pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium
peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem
misericorditer in Domino concedimus. Præsenti-
bus perpetuis futuris temporibus valituris. Volu-
mus autem, ut earundem præsentium literarum
transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu

alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo perso-
næ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis,
eadem prorsus fides ubique locorum habeatur,
quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent ex-
hibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S.
Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18.
Augusti 1695. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

J. F. Card. Albanus.

Indulgentia plenaria perpetua pro Visitantibus in
quocunque anni die Ecclesiam Sancti Francisci
Domus Fratrum Ordinis Minorum ejusdem San-
cti Francisci Conventualium nuncupatorum Ci-
vitatiss Assisientis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Commisæ Nobis à Domino Nostro Jesu Chri-
sto dispensationis ratio exigit, ut cœlestium
munerum thesauros, ad augendam in terris Sancto-
rum in Cœlis regnantium venerationem, fovendam-
que, & incitandam erga illos fidelium devo-
tionem, fidei prudentia, quantum Nobis ex alto
conceditur, erogare studeamus. Itaque eximia,
omnisque humanæ laudis præconium longè super-
gressa Sancti Francisci Confessoris, qui terrenis
omnibus despectis, Cœlestis gratiæ benedictione
repletus, innumeris mirabilium virtutum exemplis
Sanctam Dei Ecclesiam illustravit, & hominum
corda eo, quo ipse ardentissime flagrabat, charita-
tis igne succendit, merita, pio, devotoque animi
affectu recolentes, necnon Spirituali Christifidelium
ad Ecclesiam ipsius Sancti Francisci Domus Fratrum
Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci Conventua-
lium nuncupatam Civitatiss Assisientis in qua Sacrum
ejus Corpus requiescit, assidue (ut accepimus) ex
universis Christiani Orbis partibus devotionis causâ
confluentium consolationi, atque animarum salutis,
quantum cum Domino possumus, benignè consu-
lere cupientes, ac de Omnipotentis Dei miseri-
cordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum
ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utrius-
que sexus Christifidelibus ad Ecclesiam supradictam,
sicut præmittitur, confluentibus, qui illam verè
penitentes, & confessi, ac Sacra Communionem re-
fecti, in quocunque anni die devotè visitaverint,
& ibi pro Christianorum Principum concordia, hæ-
resum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exal-
tatione piæ ad Deum preces effuderint, plenariam
omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remi-
ssionem misericorditer in Domino concedimus.
Præsentiibus perpetuis futuris temporibus valituris.
Volumus autem, ut earundem præsentium litera-
rum transumptis, seu exemplis etiam impressis,
manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo
personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ mun-
itis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur,
quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent ex-
hibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud San-
ctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die
18. Augusti 1695. Pontificatus Nostri Anno
Quinto.

J. F. Card. Albanus.

Constitutio, quâ, ad tollendum abusum illicita-
rum Capitulationum, quas occurrente vacatio-
ne Ecclesiarum, seu Monasteriorum, ab iis, ad
quos electio personarum illis præficiendarum
spectat, interdum fieri contingit, innovantur

Dat. 18.
Aug. 1695.
P. A. 5.

LXII.

Indulgen-
tia Plena-
ria, ut in
Rubrica.

Dat. 18.
Aug. 1695.
P. A. 5.

LXIII.

Con-